

B. M. II, 62.  
h. 10, 5.

X 1880720

II R  
4742

MODERATORE SUPREMO  
FORTUNANTE!  
DE  
JURAMENTO  
IMPERANTIS,

*edisseret in publico*

PRÆSIDE

*Viro Præcellente & Clarissimo*

DN. M. SIMONE FRIDERICO

FRENZELIO,

Ampliff. Facult. Philos. Adjuncto,

Fautore & Præceptore suo omni obser-  
vantia colendo,

M. JOHANNES RÖBERUS,

Heburgō Misnicus,

IN AUDITORIO MAJORI,

*ad d. 22 Octob. H. M. Jan.*

A. R. S. clō Ioc LXVII.

\*\*\*\*\*

WITTEBERGÆ, TYPIS JOHANNIS HAKEN.

19.

720.





848-

MODERATORE SUPREMO  
FORTISSIMO  
DE  
JURAMENTO  
IMPERANTIS

editus in publico  
PRESIDE  
L. no. Proclamae & Classifano  
Dr. M. SIMONE ERIDICO

BIBLIOTHECA  
ANAVIANA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALA)

M. JOHANNES RÖBERUS

In Auditorio Majori  
A. R. 2. de 1. XVIII.

WITTEBERGA TYIS JOHANNIS HAKEN.



R



ton  
det  
sui  
auf  
fon  
at o  
hac  
De  
dan  
Ac  
ha  
pro  
um  
o o  
jo  
jus  
Im







In nomine benedicto  
REGIS REGVM, IN NOSTRAM IVRANTIS  
SALUTEM!

SECTIO I.

*Exhibens positiones necessarias.*

§. I.



Non sublimius, non augustius temere, eminentiusve bonum, in genere humanarum rerum, divina clementia contulit mortalibus, MAJESTATE IMPERATORIA: Sancta ejus origo est; Non humanis ea arbitriis sua debet auspicia, sed verò sanctissimæ Majestatis divinæ gloriæ, cujus imago ac character, radiis potentia & auctoritatis concessæ in terrenis DIIS emicat ad stuporem, & splendet luculenter: Ipsa imago DEI Imperans est, & Majestas impressum! divinitatis characterem refert, ex quâ singula imperatoria auspicia, actusque insequentes ac in effecta abeuntes, tanquam fonte proprio fluunt & cumulatisimè prorumpunt. Venustis, at determinatis magis verbis rem pronunciat *Bæclerus clarissim9*, hâc ratione: est auspiciū regium, concessa regiæ Majestati & à Deo adjuncta vis, quæ omni regio actui, muneriq; suam quandam efficaciam, sanctitatem & vigorem largitur ac dispensat. Ac in sequentibus auspiciū regium distinguit à Majestate, cum hæc pateat latius, illud hujus vis sit s. quædam è visceribus ejus progressa virtus, nihilominus in eâ permanens, aded, ut auspiciū regium sit majestas in actûs regio digressa a. in opere regio occupata. Distingvere videtur eo ipso Auctor omni laude major inter Majestatem, & majestatis exercitium, s. potestatem ejusq; usum.

*in' disserto  
Academ. I  
IV. c. 2. p. 189.*

*90. 91.*

II. Omnium v. optimè pulcerrimus divinitatis character Imperantibus concessus exprimitur, si autoritas summa respondeat





deat institutis factisque; eaque ratione in imagine ista DEI, non minus potestas regia elucescat, ac composita ad nutum Moderatori supremi, divinitatiq; quam simillima agendi ratio, in qua justitia, subditorum amor, pacis desiderium & fides tandem illibata, nullisque temeranda dictis, factisque ex æquo faciant paria, ac fœdere quasi inito, mutuas sibi præstent operas hæ virtutes divinæ, formaturæ omne subinde imperantium actus. Ita n. Majestas tributa cœlitus in istum redibit fontem, ex quo dimanavit primitus, nec excurreret adeò, aut limites à justissimo Autore positos, a. fines à naturâ animis mortalium Deorum infixos, excedet temerè vel transiliet. E contrario, qui imperantium à divinarum virtutum degenerant studio, *κιβδηλεύειν τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα*, regiam notam adulterare perhibentur, in *jure Græco Romano*. Enimverò, ea quidem propria est humanitati infirmitas; ut in licentiam data, declinet à tramite recti de facili, ac ad vitia soluto q. feratur spiritu. Et in Majestatis solium constitutis, ac supra omnia humana judicia positis, eò proclivior esse videtur via ad declivia inversosq; animorum habitus. Qui n. regias infido maris æquori, regum v. animos, instabili ventorum vicissitudini similes dixerint; ii maximè aulæ inconstantiam principumq; liberas, vagasque cupiditates animo comprehendisse, visi sunt *Christ. Besoldo*. Ne igitur tam sacra res, Majestas prophano contaminetur abusu, quin potius genuino suo usq; restituatur nitore, ac integritati propriæ, sanctam agendi rationem divinarum legum non modò injungit autoritas, naturalis præcipit ratio, internusq; conscientia motus tradit, sed & JURAMENTUM IMPERANTIUM in plerisque Germaniæ, & quæ illi vicinæ sunt regiones, rebus publicis receptum, jure suo requirit.

III. Quum v. ab utraq; potissimum parte Imperantium & parentium, sub auspiciis præstetur juramentum, diversa unâ voce *homagii* complexus est *B. Martini*: eò quod commune sit sacrum, s. commune juramentum, ab *ὁμῶς* & *ἀγίως* i. e. simul sacrum dictum: Ejusdem mentis est *Christian. Matthie*, pro speciali habens *homagio*, contra distincto generali, si subditi se obligent Magistratui ad benè obtemperandum, Magistratus v. ad benè impe-

in *histor.*  
*urbis Græ-*  
*gni hiero-*  
*sol. etc. p.*  
947.

in *l. 2. polit.*  
p. VI. f. 393.

in *System.*  
*pol. l. exerc.*  
7 p. 490.



imperandum: Cum utroq; facit *Alibufius*, per reciprocam pol-  
licitationem inter Magistratum & subditos juramento factam,  
homagium explicans. Non sine ratione a. recedit ab his in in-  
terpretadâ voce *homagii Dn. D. Cellarius*, accipiēs id pro eo unice  
juramento, quod subditi præstant imperantibus, ac *in sequ.* aper-  
tè differentiam *homagii à juramento imperantium*, quod subditis  
præstant, proficitur.

polit. c. 20.  
de promiss.  
& hom. n. 5.  
polit. l. 2. r.  
19. §. 5. r. 308  
§. 23. r. 317.

IV. Et tacta ex parte à me differentia illa fuit *in disputatione  
publicâ de homagio*: Enimverò altius pensitanti mihi eam, & per  
*causarum momenta primaria* procedenti apparet non exigua di-  
versitas juramentorum illorum, vix unâ comprehendendorum  
voce: sive n. *causam utriusq; efficientem* intuear, sive *materialem*  
perpendam, sive deniq; *formalem* attendam, ab omni se dant  
parte diversitatis argumenta. *Causa efficiens ab unâ parte Impe-  
rans, ab alterâ subditi sunt*; Illius est agere virtute suâ & mandatis  
in subjectam gentē, instar formæ informantis molē corpoream;  
*horum* verò est recipere pectore reverenti jussa, eaque obsequi-  
oso venerari cultu. *Causa impellens Imperantem ad jurandum*  
est liberrima sæpe & prona ejus voluntas, vel Gloriosissi-  
morum Antecessorum exempla, omni laude superiora eò tra-  
hunt, vel laudabiliter introducta olim, & per tot annorum  
decursus comprobata consuetudo: quod si major subinde ne-  
cessitas istū urgeat, ad assurgendum recessibus, aut capitula-  
tionibus, quas vocant, non tamen tanta eum premit vis, quan-  
ta ubicunq; subditos, ad arbitrium Imperantis juraturos, vel,  
prout mos tulerit, sanctè promissuros intemeratum obsequi-  
um. *Causa materialis vel objectum, circa quod juramenta Princi-  
pis versantur, concernit potissimum Religionem, vel honesta-  
tis leges, aut si præterea in nonnullis Rebus publicis, determina-  
tiora tangat pacta, modum regnandi limitantia certâ ratione,  
& Tyrannidi viam præcludentia, non tamen Majestas inde in-  
fringitur ipsa, quin potius Princeps legibus regit solutus posi-  
tivistis & civilibus: quibus tamen obligantur subditi in univer-  
sum omnes, aut latis jamdum, aut ferendis in futurum pro re na-  
tâ ad Imperantis arbitrium: Inde forma illa obligans & impe-  
rantem ac subditos, communis quidem evadit utrisq; & virtu-  
te suâ*

Anno 1661.  
habitâ  
sect. 1. § 14

Δ 3





te suâ sanctiori, ac vi insitâ permeat cunctorû animos, ut normam quasi & justam regulam imperandi parendiq; absolvat: Id tamen à posteriori subinde intercedit discriminis, ut imperantes promissorum, juratò etiam factorum, immemores, eorumque stringentè vim animis excutientes, nò temerè deturbandi de folio sint eâ de causâ; multò minus integrû erit subditis, condignas factis de capite supremo sumere pœnas: DEO, vindice illo supremo, superiorem agnoscunt ipsi nullum, cœtera singulorum hominum superantes judicia: subditi contra à sanctè receptâ normâ obsequii declinantes ullo modo, ac ab eâ in vitæ actu recedentes, Majestatem experiuntur ultricem meritò, pœnasq; luunt gravissimas. *Finis denique juramentorum imperantium* eò ab it, ut publica salus vi-geat, ac in amplissimos ac augustos verè efflorescat ortûs, inq; eâ alma pax, ac consummata felicitas: *subditorum* verò juramentum est pignus certissimum obedientiæ, fidelitatis & observantiæ nunquam intermorituræ.

V. Ex quâ comparatione juramenti partis utriusq; institutâ non major modo longèq; luculentior lux accedit explicandæ voci *homagii*, sed & aditus subinde paratur facilior, ingrediendi rem ipsam, & per summa ejus præcognoscendi capita. Juramenta imperantium subditorumque sub uno comprehendere conceptu generico, & hunc exprimere voce *homagii*, probabile mihi videtur minimè, per rationes hæcenus adductas, quin potius illud huic contradistinguere, dubito nullus, cum *Dn. D. Cellario*. Et quamvis usu veniat, ut Principes sæpe numero *homagium* præstent superiori, alium tamen induunt respectum talia promissa: Gregorius undecimus Pontifex pacem inter Johannam Reginam & Fridericum Regem eâ inter cæteras conclusit conditione: Ut Fridericus Regnum à Joannâ acceptum ferat, eiq; per procuratorem, *authoramentum* ac *homagium* citra servitutis nexum præbeat: referente *Christ. Besoldo*. Et quibus conditionibus A. C. 1344. Clemens Johannæ Regnum Siciliae jure fiduciario concesserit, commemorat idem Auctor. Nec minus Friderico Regi Siciliae Innocentius juramentum fidelitatis, cum re-

gnum

*in histor.  
regni hie-  
ros. p. 1046  
p. 775.  
p. 609.*



gnum Siciliae in feudum accepisset, indicit, quod non illi-  
 benter praestitit, cujus formulam *Bzovius* tradit hanc: Ego  
 Fridericus DEI gratia Rex Siciliae Ducatus Apuliae & princi-  
 patus Capuae, ab hac hora & deinceps ero fidelis B. Petro,  
 & S. R. E. ac tibi Domino meo Papae Innocentio tuisque ca-  
 tholicis successoribus; Non ero in consilio, vel consensu, vel  
 facto, ut vitam aut membrum perdatis, vel mala sitis capti-  
 ratione. Consilium quod mihi credideritis, & contradixe-  
 ritis, ne illud manifestem, non pandam alicui, ad vestrum  
 damnum, me sciente, & bona fide juvabo Vos honorifice Pa-  
 patum Rom. terramq; S. Petri tenere. Ac ejusdem ferè mo-  
 menti juramentum fidelitatis est Roberti Guiscardi, Nico-  
 lao Pontifici praestitum, nisi quod prolixiorum verborum sit: *p. 435.*  
 in quo illud mirum notat *Besoldus*, quod secundum apposita  
 verba illa: Ego Robertus DEI gratia, & Sancti Petri, Dux  
 Apuliae & Calabriae, & utroq; subveniente, *futurus Sicilia*, ac-  
 cidit, ut ipse magna ex parte sit potitus Sicilia.

VI. Et cum splendor coronae Papalis non intra suos  
 nunquam substitit terminos, sed in distitas ac propinquas o-  
 ras egressus, totum propemodum collustrare orbem sustinue-  
 rit, per plurimorum annorum decursum aequè in veneratio-  
 nem sui traxit Imperatores Romanos, illisque juramentum  
 religionis injunxit: Otto, quod fecerit juramentum Papae,  
 narrat *Jus canon. Tibi Domine*. Et Carolus V. Imperator Ro-  
 manus, priusquam ad Augustana concederet comitia, Bono-  
 niae promisit jurato, se Pontificiae dignitatis & Romanae Ec-  
 clesiae advocatum, Patronum ac defensorem futurum, quo de  
*Sleidanus*. Pulsâ verò nimia illa Papae licentiâ ab orbe Ro-  
 mano, & juramentum hoc recessit à Capite ejus, ut Constitu-  
 tio Electoris apud *Aventinum*, praeter DEUM & Imperato-  
 rem superiorem agnoscat neminem, nec à crimine laesae Ma-  
 jestatis absolvat eos, qui idem reassumere sustineant, Consti-  
 tutio Friderici I. apud *Reinking*.

*l. 7. ad A.  
 530. d. 24.  
 Febr.*

VII. Sint verò Principibus quibusdam pro re nata sua  
 praestanda homagia, sint juramenta Religionis vel aliarum  
 rerum

*tract. de  
 reg. secul.  
 & Eccles.*





rerum civilium habenda, nos ejus unicè rationem habemus juramenti, quod plerumq; in auspiciis incundi imperii, de administratione hujus fit, ab Imperante, Majestatis Candidato, & publicæ rei novo capite. Quâ de re tale nobis visum est ponere *definitum*, videlicet *juramentum imperantis*, quod non excludat alios, aut nullis significandi subjaceat ambiguitatibus: Etsi n. nomen Regis a Principis permuteur sæpius cum voce imperantis, ab Historiæ & Politicæ conditoribus, non tamen id patet ad eam amplitudine suâ, & evidentiam, quæ Imperantis verbum. Apud Romanos nomen Principis primum adhibitum fuit in Senatu, cui Censores aliquem ex præcipuis senatoribus sub nomine principis præponebant, qui primus sententiam rogabatur, quemadmodum Amylium Scaurum, hominem novum, sed ob singulares virtutes admirabilem, ad hanc dignitatis prærogativam ascitum legitimus. *Plutarch.* Quod nomen, quia nondum venerat in odium, Imperatores sibi induerunt, sub veteri pallio novam potestatem occultaturi, ut in titulo quoq; Imperatoris luserunt, quo gaudebant illi tantum, qui exercitibus præerant. Nam Tiberius Blæso, quod Tactarinetem prædonem Africæ fudisset, ejusq; vires pene contrivisset, tribuit, ut à legionibus imperator salutaretur, edisserente *Henn. Arniseo.* Vid. æque *Tacitus*; & *Dion.* ita in hanc rem: Augustus, non illud vetus nomen imperatorium assumpsit, quo partâ victoriâ olim imperatores appellabantur, sed hoc, quo significatur summum orbis imperium. Abstinebat tamen nomine regis, & eminentiam subinde imperatoriam propagabat eo felicius. Nomen contra Regis Agesilao Lacedæmonio denegavit nullus, potestatem quivis: quod & de reliquis Spartanorum Regibus judicat Philosophus, cum ephorum in reges tanta potestas, ut ad carcerem eos pro lubitu condemnare possent. Quod si denique voces Imperantis, Regis, Principisque, ita inter se commutentur, ut potestatem in civitatem ubiq; referant semper, facile singulis locum hîc concedere possumus, ac in re convenire.

*de fort.*

*Rom. n. 2.*

*l. de Re-*

*publ. p. 978*

*annal. 3. in*

*fin. l. 53.*



VIII. *SUBJECTUM* itaq; juramenti hujus, sive *CAU-  
SA EFFICIENS* est *IMPERANS*, cujuscunq; sit sexus a. qua-  
litas. Non n. masculis usq; imperium patet unicè, sed &  
foeminis: nec optimi quiq; semper solum conscendunt Ma-  
jesticum, publicæ intendentes rei salutem, sed & pessimi,  
propriis cum maximè studentes rebus: Cætera singuli pro re  
natâ juramenta præstant, inæquali licet animo, a. dissimili  
fine. Neq; tamen juramentum hoc ad omnium Rerum-  
publicarum extendendum venit statum, sed ad illarum potissi-  
mum, quarum salus his innititur fidei fulcri. Quò remo-  
tiora n. imperia sunt à Christiano orbe, eò liberior illorum  
administrandi modus est, ut plurimû à sacris promittendi  
istis rationibus. Absoluti quippe rerû Domini se facile & istis  
expediunt, nec ullâ re inanûs suas à subditis ligari patiuntur.  
Qualia exempla hanc in causam accersi possunt à remotiori-  
bus terris, absolutum dominium passis, & juramentorum  
talium planè ignaris: Videatur imperium Mogulum, in quo  
jam Monarcha potentissimus ex Tamerlani familiâ oriundus,  
ordine decimus, Gelal Edim Mahumeth, vir non minus ar-  
mis, quàm ingenii perspicacitate toto oriente celeberrimus,  
& istius, præterea imperandi felicitatis, ut quatuor vasta  
regna suo adjecerit imperio, dominatur, tenens in manu  
globum, quò se orbis profiteatur dominum. Sistatur men-  
ti regnum Sinensium, & deprehendetur Monarchiæ totius  
caput absolutissimû esse Regè, de quibus *Athanasius Kircherus*  
pluribus. Spectetur imperium Gentis pro insigni solem ha-  
bētis, Persarû, in coronâdo Schach Sofi, nec imperātis nec sub-  
ditorû celebratur juramentû, referente *Nobil. Oleario*. Et in in-  
auguratione *Zarii* Moscovitarû Principis, solû Patriarchâ,  
Candidatû imperii his verbis alloqui, refert idè in idiomate  
Germanico: Weil er nun aus Gottes Versehen von den Reichs/  
Welt- und Geistlichen Ständen / zum GroßFürsten über alle  
Reussen verordnet und gekrönet / und ihm die wichtige Regierung  
der Länder anvertrauet / daß er darben wolle Gott lieben / nach  
seinen Gesetzen wandeln / und nach denselbtgen die Gerechtigkeit



hand.

*in China  
sua monu-  
mentis il-  
lustrata,  
nunc edi-  
ta part. 2.  
c. 5. p. 78.  
Sp. 4. c. 20.  
p. 166.  
In der  
Persiant-  
schen Re-  
sebeschrei-  
bung l. 5.  
c. 290  
p. 674.  
l. 3. c. 13.  
p. 2470*

s ju-  
ad-  
to,  
est  
non  
ati-  
pius  
ous,  
qua  
pri-  
ora  
qui  
um  
ad-  
egi-  
odi-  
po-  
nt,  
am  
dis-  
bus  
que  
tus  
im-  
um  
mi-  
No-  
ul-  
Re-  
nta  
nt.  
ita  
fe-  
us,  
B-



handhaben/und die wahre Griechische Religion schützen und fort  
pflanzen helfen. In Osmanico v. imperio quā absolutissima  
dominandi SULTANI viget severitas? Nulla ibi bonorū, vitaq;  
securitas, nulla dignitatū constans possessio, nulla promissorū,  
pactorūve fides. Bona, honores, vita deniq; ipsa subditorum,  
à liberrimo Sultani nutu dependēt in solidum, & vel aërem,  
quem hauriunt quotidiè, Imperatori suo acceptum referunt  
singuli, ut per capita eundi data nobis fuit copia in *disput. pu-  
blica de Majest. Osmanicâ*. Quare non honesta Osmanici re-  
gni sunt auspicia, sed funesta, non sacrô juramento munita, sed  
cruore fratrum innocuâque cœde parentum firmata: Verbo:  
Sultan supra omnia & in omnes agit: supra eum nemo.

e. II. S. 4. &  
segg.

de Rep. t. 1.  
c. 8. p. 137.  
in hist.  
Mexicanâ

in historia  
Antipo-  
dum per  
Mexicanū  
edita pars.  
l. p. 55.

IX. Quanquam nec remotiores nec remotissimæ longe-  
que disitæ oræ, omnia in universum profligent juramenta in  
Imperantium coronatione: Epirotarum sanè reges, ineunte  
imperio, decreta paria cum aliorum Imperantiū decretis,  
ex iudicio Bodini, sese observaturos jurejurando spondere  
consvenerunt. Rex Mexicanus v. teste *Lopez Gomara*, inau-  
gurandus in hæc jurat verba: justitiam se administraturum,  
nullum è subditis oppressurum, bello fortem futurum: effe-  
cturum, ut sol cursum splendoremq; suum teneret, nubes plu-  
erent, rivi currerent, & terra produceret omne genus frugū.  
Quæ præstare posset tum demum, cum in Deorum numerum  
rite susciperetur, in quo eum positum esse, subditi credunt  
miseri. Uti primi Regis Mexicani Acamapixtli inaugurai-  
onem describit pluribus *Job. Ludwig Gottfriedt* referens subin-  
de de subditorū homagio hunc ferè in modum: Die Mexi-  
caner erwählten zu ihren König Acamapixtli eines hohen Mexi-  
canischen Fürsten Sohn/ dessen Mutter des Königs zu Culhuacā  
Tochter war: Fertigten hier auff Gesandten an ihn/ welche ihm  
das Königreich neben einen stattlichen Geschenk antragen sol-  
ten: Die Gesandten thäten ihre Werbung &c. Die Mexicaner  
führten den Jungen König sampt seiner Königin mit grossen  
ehren gen Mexico/ da ward er von männiglich empfangen/ in einen  
ärm-



ärmlichen Pallast gebracht/ auff den Königsstuel gesetzt / und  
 steng ihn ein alter Redner an auff diese weise zuempfangen / und  
 sprach: Mein Sohn/ unser Herr und König / send uns in dieser  
 armen Stadt und Hauß willkommen / wir leiden allhier in die-  
 ser Einöde von Binken dasjenige/so uns unser Schöpffer auff-  
 ladet. Seid ein Vorsteher und Schirmer dieser der Mexica-  
 ner Nation/ als des Bizlipuzli unsers Gottes Samen/in dessen  
 Nahmen euch das Gebiet und Gewalt zugestellet wird. Euch ist  
 wohlwissend/das wir in unsern Lande nicht seynd/ wissen auch  
 nicht/was sich künfftig mit uns zutragen wird / daraus ihr ab-  
 zunehmen/das ihr allhier nicht zur ruhe/sondern zu einer neuen  
 Mühe kommet/denn ihr werdet mit den Nachbarn gnugsam zu  
 thun haben/und ein Knecht seyn müssen aller dieser Menge / die  
 von allen benachbarten Völkern gehasset und angefeindet wer-  
 den/dieselben unterstehet euch zu Freund zu machen/ und frieden  
 mit ihnen zu halten / weil wir in ihrem Gebiet wohnen. Die  
 Red dieses Alten Mannes ist so hoch gehalten worden / das sie  
 die Kinder haben lernen/und auff die Nachkommen fortpflanzen  
 müssen. Nach geendeter Oration bedancket sich der König wegen  
 beschehener Glückwünschung/verhieß seinen Fleiß anzuwenden/  
 und Sorg für sie zu tragen. Desgleichen sie zu beschützen / be-  
 schirmen und zuhelffen nach seinen vermögen. Darauff ward  
 ihm gehuldiget/geschworen/und eine Kron der Venetianer Herr-  
 schafft gleich/auffgesetzt. Und führete er nach der Deutung sel-  
 nes Nahmens in seinem Wapen ein Hand voll Riedpfül.

X. Prætervectis remotiora, ad propria applicandus ani-  
 mus est: Si non universa, pleraq; tamen imperia circumscribi  
 certis juramentorum limitibus, omnium rerum Magistra, ex-  
 perientia eloquitur apertè. De regno Hispanico testatur Steph.  
 Jun. Brut. De regno Gallia refert Bodinus maxime ex antiquis  
 Rhemensium archivis jusjurandum Philippi I. Regis Fran-  
 corum, Henrici filii sequens: Ego Philippus DEO propitiano  
 te mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ, pro-  
 mitto coram DEO, & sanctis ejus, quod unicuiq; de nobis  
 commissis canonicum privilegium & debitam legem, atque

in vindic.  
 contra Ty-  
 ran. in re-  
 pette. ad  
 qu. 6.  
 l. 1. de Rep.  
 c. 3. p. 138.  
 § l. VI. c.  
 V. p. 1159

B 2

justitiam

ort  
 ma  
 aq;  
 rü,  
 am,  
 em,  
 unt  
 pu-  
 re-  
 sed  
 bo:  
 ge-  
 a in  
 nte  
 tis,  
 ere  
 au-  
 m,  
 fe-  
 lu-  
 gü.  
 um  
 unt  
 ati-  
 in-  
 eri-  
 ert-  
 acä  
 hm  
 sol-  
 ner  
 ssen  
 nen  
 m-



in Franco  
Galliâ c.7.  
12.25.  
resp.19. n.124.  
p.1. q.2. n.26.  
in pref. in-  
vent. gen. hist.  
Franc.  
in dial. de jur.  
Reg. ap. Scot.  
in descript. M.  
Britan. l.1.

justitiam conservabo; & defensionem, adjuvante Domino quantum potero, exhibebo; sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo, & Ecclesie sibi commissæ per rectum exhibere debet; populo quoque nobis credito, me dispensationem legum in suo jure consistentem, nostrâ autoritate concessurum. Ex antiquissimis a. archivis illam *idem* ad imitandum omnibus proponit Regibus formulam: Juro ego per DEUM omnipotentem, ac promitto me justè regnaturum; judicium, æquitatem ac misericordiam facturum. Conferantur cum hoc *Franc. Hotom. Steph. Brut. l. c. Decian. Heigius, Serres. De regno Scotia edisserit Georg. Buchan. Cambdenus, idemq; eodem loco de regno Angliæ s. Britannia: Cujus Reipublicæ status, quò majores ad diversorum temporum periodas subiit vicissitudines, eò magis potestatis Regiæ exercitiū certis determinatum legibus, ac terminis circumscriptum est; ut ut de se successivum regnū illud sit: Quum & in præsens augustos imperii fasces augustè tenens Carolus II. licet post inauspicata Patris sui Caroli I. Martyris coronâ illustris, fata, in exteras oras exul secesserit, tandem post superatas sævientis fortunæ procellas, eò splendidius Parenti successerit gloriosissimo, ac in majorem & intemeratam fidem subjectionis obsequiique homagium Ipsi præstiterint solemne subditi universi: Hoc n. præstiterunt Archiepiscopi omnes; Hoc repetierunt ipse Frater Regis, princeps de Jorc, optimates, in genua procumbentes singuli. Et subditi duo momenta jurato pronuntiarunt, *fidem*, quod Regi ejusque hæredibus fidem & allegiantiam velint servare, ac Eos ad extremum vitæ fortunarumque adversus conspirationes & universos ausus, personam Regis & coronam superaturos, tueri: & *suprematum*, quò potestatem ac autoritatem civilem, quam sibi Pontifex vindicat in Regna mundi, ejurent: his ferè verbis: Spondeo insuper, non credere me Papam, vel ullam aliam potestatem posse de jure Regem dici, vel obligatione istius juramenti me absolvere.*

XI. Omnium v. firmissimè constringit juramentum Regis Poloniæ potestatem, Henrici Andium Ducis: ita n. ille  
Polo.



Poloniae Rex à Legatis renuntiatus : Ego Henricus, Rex Po-  
 loniae, juro Deo omnipotenti, qui omnia jura, libertates, pri-  
 vilegia publica & privata, juri cōmuni nō cōtraria, Ecclesiis,  
 Principibus, Baronibus, nobilibus, civibus, incolis, per meos  
 prædecessores Reges, & quoscunq; principes, dominos regni  
 Poloniae justè concessa, & quæ in interregno decreta sunt, ser-  
 vabo, jusq; omnibus incolis more majorum reddam : ac si-  
 quidem, (quod absit) sacramentum meum violavero, nul-  
 lam nobis incolæ regni obedientiam præstare tenebuntur  
 &c. Sic Deus adjuvet: recensente *Bodino*. Et eodem sensu juravit  
 ante Ludovicus, Cassovia a. 1374. Jagello A. 1422. Vladislaus  
 III. a. 1434. Casimirus III. A. 1454. Johan. Albertus A. 1496. A-  
 lexander A. 1503. Sigismundus pro filio Sigismundo Augusto  
 A. 1530. quod succedentibus annis Juramentum Patris habuit  
 ratum A. 1537. Ut adeò Princeps ex necessitate quâdam ad le-  
 gum, tum ab antecessoribus, tum subditis, tempore interre-  
 gni laterum, vim in Poloniâ, Ungariâ, Daniâ, Sveciâ alligatus fu-  
 erit, judice *Arniseo*. De Regno *Ungarie* edidit *Anton. Bonfin.* Regno  
*Svecie Chytraeus, Arniseus* : Regno *Daniae Lauterbach* : Cui cum  
 præterea accesserit, ultima Thule Islandia, Ao. Christi 1261.  
 Regi Norvvegiæ, Haquino, Haquini Filio, Sverri nepoti pri-  
 mū solverunt tributū incolæ, præstito homagio, ex deliberato  
 consilio, pronâque voluntate : Rege, præter certas conditio-  
 nes sibi suisque successoribus servandâ, defensionem sanctè  
 pollicenti regiam : populo contra, ad tributa justè solvenda,  
 obsequiaque submissa, se suosque obligante posteros. Conf.  
*Chronicon Norvvegicū*. Et *Job. Resenig*, vel maximè in rebus Islã-  
 dicis describēdis occupatus hæc habet : Ao. 1262. Islandi jura-  
 mento sanciverunt Regibus Norvvegiæ Aquino & Magno ho-  
 magium s. clientelaris officii sponsionem & annui census ex-  
 solutionē, tū in meridionali, tū in Boreali & occidentali Islã-  
 diâ. Et venerata est Islandia scepra Regū Norvvegorū, an-  
 nis 327. donec Margareta Waldemari III. Daniæ Regis Filia,  
 post Filii Olai fata, Daniæ Norvvegiæq; nacta fuit imperium,  
 a. 1387. ac adeò hujus amplissimæ Insulæ ambitū suis modera-  
 ta fuerit fascibus, ut præseti adhuc tēpore ab augustissimo Mo-  
 narcha.

l. c.

in l. de Rep. l  
 2. c. 6. p. 1104  
 Rex. Ungar. l.  
 9. dec. 4.  
 lib. 2. in  
 tr. de aut.  
 princ. c. 1. n. 4.  
 l. 1. de Rep. c. 15

in Eddâ in  
addendis.

o  
 q;  
 e-  
 gū  
 ex  
 us  
 ni-  
 ui-  
 oc  
 no  
 de  
 res  
 na-  
 us,  
 gnū  
 ustè  
 li I.  
 rit,  
 len-  
 n &  
 Ipsi  
 Ar-  
 gis,  
 ugu-  
 uod  
 , ac  
 ones  
 ratu-  
 m ci-  
 rent:  
 n, vel  
 , vel  
 Re.  
 a. ille  
 Polo.



narcharum **FRIDERICO III.** regatur ad arbitrium proprium, cui A. 1649. promptè præstitit homagium Islandia: Et glorioso Numine hæreditarium regnum Regi incomparabili cōcedente, idem jus juramento confirmavit, anno 1662. præsentē Illustri Heroö **Henrico Bilcke**, regiisque fungente partibus.

**XII.** Et cum domestica teneant magis animos, moveantque, Invictissimus Imperator Romanus sanctà juramenti fide augustissimi Imperii conscendit fastigium: Quum n. Electores in eligendo Christiani cœtus capite conveniunt, quasi prius dato cultûs divini symbolo, quilibet illorum, jurato pronūtiat sequētia: Ego &c. jura ad hæc sancta **DEI Evangelia** hîc præsentialiter coram me posita, quod ego per fidem, quâ Deo & sacro Romano Imperio sum alstrictus, secundum omnem discretionem & intellectum meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, i. e. Regem Romanum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio & sensus mei dirigunt, & secundum fidem prædictam, vocemque meam, & votum seu electionem præfatam dabo, absque omni pacto stipendio, precio, vel promisso, seu quocunq̄ue modo talia valeant appellari, sicut me Deus juvet & omnes Sancti, ut patet ex aureâ Bullâ. Votis collectis, caput Electum certos articulos, condiciones & pacta proposita in it devotè, ut referunt verba *Juris Saxon*: Als man den König wehlet / so sol er dem Reiche Hulde thun / und schwören / daß er die Wahrheit sagen wolle / und alles unrecht kräncken / und das er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle / als best er könne und möge &c. Quibus fit, ut Imperatorum singuli coronandi in solennem Capitulationem istam jurent, quam sanctè se servaturum **CAROLUS V.** jamdum promisit, probās illa maximè momenta: Ut Catholicā Romanā Ecclesiam defendat: justitiam æquabiliter administret: neminem causâ indictâ proscribat: aut extra Imperii terras vocet in judicium: auream bullam Carolinam confirmet: Senatū Imperii, ut & alia munera, non exteris, sed originariis committat: Libertatem & privilegia Statuum Imperii certa tecta

**con.**

cap. 2. p. 18

l. 3. art. 54.



confervet: Liberam Electoribus potestatem relinquat: Con-  
 ventus eorum ad deliberandum de Reip. negotiis admittat:  
 Imperium Romanum non tanquam hæreditarium, sed cujus  
 ipse administrator sit & patronus, agnoscat: ne quid ex Impe-  
 rii bonis alienet, néve ad suam familiam transferre conetur:  
 confœderationes subditorum contra principes Imperii planè  
 tollat: novas sine Electorum consensu non ineat: nulla Comi-  
 tiorum indictio, nulla vectigalium impositio, nulla belli de-  
 nunciatio, militisvè peregrini deductio permittatur, nisi ac-  
 cedentibus Electorum suffragiis: eos, qui titulo non bono Ex-  
 emtionem à jurisdictione Romani Imperii præ se ferunt, ad  
 obedientiam reducat: apud Pontificem, ne adversum pactio-  
 nes antiquas libertatemvè Imperii quid fiat, sedulò procuret:  
 bona vacantia Imperii nemini concedat: & si Statuum auxili-  
 is provinciam occupârit, eam Imperio cedat: ea, quæ ab Ele-  
 ctoribus Palatino & Saxonico tempore Interregni gesta sunt,  
 rata habeat: literas omnes aut Teutonicâ aut Latinâ Linguâ  
 conscribi mandet: Electorum Rhenani Circuli vectigalia  
 non minuat: & denique Statibus omnibus & singulis amorem,  
 defensionem, juriumque conservationem præstet. Luculen-  
 tam & succedentibus temporibus, auctam capitulationis for-  
 mam exhibêt inaugurations FERDINANDI III. Ao. 1636.  
 factæ: nec non FERDINANDI IV. Ao. 1653. LEOPOLDI  
 A. 1658. institutæ: singulæ clauduntur solenni formulâ illâ:  
 Solches alles/und jedes besonder/wie obstehet/haben wir obge-  
 dachter Römischer König/den gedachten Churfürsten für sich ge-  
 redt/versprochen/und bey Unserm Königlichen Ehren / Würden  
 und Worten/in Nahmen der Wahrheit zugesagt / thun dasselbige  
 anch hiemit und in Krafft dieses Brieffs/inmassen Wir dann das  
 mit Unsern leiblichen Eyd zu GOTT / und dem H. Evangelio  
 geschworen/dasselb stet/fest/und unverbrochen zu halten &c. Vid. *l. 1. de stat. relig.*  
*adnexa Polit. Cellarii, & Sleidanum*: Imò, cum hodiè Impera-  
 tor Romanus Rex Bohemorum salutetur, insimul notamus  
 Bohemorum Reges, ex *Autore libelli de postrem. motibus Gal-* *fol. 7.*  
*lia*, inaugurandos solenni se obstrinxisse juramento, & in-  
 ter



part. 1. c.  
20. p. 22. 123  
polit. c. 14.  
§ num. 39.  
ad 46.

l. 1. c. 8. p.  
139.

ter jurisjurandi capita Hussitis non secus, quam Catholicis  
 suum patrocinium præsidiumque juratò promississe Conf. Kö-  
 nig in *Theatro Polit. & Althusius*, varia, qui collegit juramenta.  
 XIII. Per quæ dum ivimus exempla juramentorum, *subje-*  
*ctum horum* non clarius modò deduximus, sed & diversitatem  
 illius deprehendimus insignem: Neq; n. similes ubique appa-  
 ruerunt Rerumpublicarum formæ, sed modò simplices, in  
 quo subjecta Monarchica, modò mixtæ, in quo Polyarchice  
 occurrunt: Priorû exempla patent clarissimè in regno Gal-  
 liae, Daniae aliisq; Posteriorum v. cum maximè in Ro-  
 mano Imperio, cujus regimen quidem juxta quorundam  
 judicia Monarchicum, & Aristocraticè temperatum est. In  
 utrâque cum sæpe numero pacta supponantur fundamentalia,  
 ex queis vel Majestas Monarchica limitatur, vel ipsa Majesta-  
 tica unio surgit, juramenta vigent sancta. Postea, neque in u-  
 niversum jurantes Reges ac Principes paris conditionis a-  
 potestatis sunt: Per multi glorioso Regis titulo gaudent, omine  
 destituti; quin potius adeo constringitur illorum summitas,  
 ut Majestatem vix attingat. De regno Poloniae adducimus  
 unicè ipsa Christinae uxoris Vladislai verba, putantis, sum-  
 mum illud jus & auctoritatem Monarchiae in Poloniâ umbra-  
 tilem esse: qui sine Palatinorum consensu nec movere bella,  
 nec pangere foedera, nec indicere tributum, nec alia edere  
 exercitia Majestatis potest. Ut *Bodinus* post memoratam ja-  
 ramenti Poloniae formulam concludat, jam non regiam Ma-  
 jestatem, sed Principis (i. e. in Republ. primi) conditionem  
 sapere. Splendet luculentius contra Majestas in Rege Gal-  
 lorum, Danorum aliorumq; Ubi tamen mentione injecta  
 Regni Dania, neque id postremo dissimulandum loco est, mu-  
 tatis temporibus mutari Rerumpublicarum interdum condi-  
 tiones, ut quæ restricta fuerit ante, & limitata, evadat tandem  
 absoluta; quod videre est præ cæteris in augusto Daniae regno,  
 quod à plurimis retro annis electione justâ, nunc v. per Dei  
 Gratiam, & invictum incomparabilis Herois FRIDERI-  
 CI IIII. animi robur successione gaudet: Inde, quod li-  
 mita-



mitatam antè exstitit regnum, id absolutum à pactis istis & liberum nunc floret: *Floreat ejus gloria per totum terrarum orbem sparsa, & in splendidissimos latèque diffusos jugiter exurgat ortus!* Contrahimus illa, exponentes potissimum *juramentum Imperantis, Majestate coruscantis, nec dependentis ab alio, in Republicâ simplici, cujus jurandi ratio magis emicat in hac, quàm in mixtâ.*

XIV. CAUSA IMPULSIVA *juramenti in subjecto Majestatico*, maximè Monarchico, resultat vel à principio *intrinseco*, vel *extrinseco*: *Intrinsecum* est libera jurantis voluntas, quippe cum juret ex *voluntatis libertate*, non coactionis necessitate: ex deliberato, sponteq; probato consilio, non sumpto in se imperio aliorum, suoque obsequio, civili animo, minimè subjecto (ut BUDÆI verba illa postrema faciam mea.) Quod in aprico positum est in Rege Gallia Christianissimo, liberè Parliamentorum institutis subscribente, legibusque majorum & statuum annuente: Neque tamè novi adeò quoddam est, Regem egisse contra Parliamentum in restituendis quodam tempore Jesuitis, referente ARNISÆO, quin certum potiùs, Regem pro re natâ non modò agere interdum contra legem, sed & invertere eam, ac substituere aliam in prioris locum. *Extrinsecum* proficiscitur vel à *glorioso Numine*, vel *subditis tuendis regendisq;*: Positus n. Princeps in regali folio *altero* oculo respicit Deum, cujus sanctissimum nomen juramento invocat, partesque divinitus sibi commissas sanctè subit, mentem Omniscio Testi, & omnipotenti vindici perjurii, declarans palàm; *altero* intuetur subditos suo imperio submissos, & recipientes obsequioso cultu vultuque Majestatis splendorem, quorù ut firmetur amor, & fiducia in futurù regnù, animos sibi juramento devincit; ut pulcherrima adeò Imperantis & parentium unio per sacrum hoc enascatur medium.

*l. ult. C. de Senat.*

XV. Quibus fit, ut Politicorum plurimi pro *OBJECTO*, imprimis personali, juramèti habeant subditos, prout imperans subditis hoc præstat: quod tum procedere demum videtur, ubi Imperas tenetur ad hoc non civili ratione, ut civili lege, sed ut cõventionem quãdam & pacto inito cum subditis ad conservandam

C

dam



**O. Otto de**  
**jur. publ.**  
**R. I. p. 139.**

dam Rempublicam, & omnem Tyrannidis animis tollendam suspicionem. Alii v. asserere dubitant nulli, imperantem non juramentum præstare subditis, sed ipsi imperio vel regno, quod ut antiquius Imperatore, ita perpetuò majus & superius illo: quæ per omnia calculum nostrum non merentur, surgente subinde jamdudum profligatâ Majestate reali.

XVI. MATERIA *Juramenti* variat pro Rerumpublicarum varietate: In nonnullis, maximè absolutis & liberis *generalia* modò attenduntur, ut justitia, clementia, æquitas, aliaque de se Principe digna referant: In aliis adstrictis & limitatis specialiora pronunciantur, administrationem vel regimen potius (si sub termino priori fortè periculum lateat) concernentia: Illimitata n. & libera manet ubique vera Majestas, in sua essentiâ, ac actu primo, & potestatis possessione nec in fringitur unquam juramentis generalibus a. specialibus: limitata redditur in exercitio, actu secundo, potestatis usurpatione, & moderatione regiminis: Ut adeò limitetur potissimum vel circa jurium exercitium, vel successoris designationem, vel denique regiminis durationem. Quæ sancta promissa nuncupantur in communi fundamentales leges: rectius *pacta, conventiona*, vel juxta nos *capitulationes, recessus* imperii.

XVII. FORMA solemnia exhibet, quæ antecedere solent pro more recepto, & comitari sancta imperaturi pronunciatâ: de quibus historia loquantur pro nobis. *Adjunctum* est tempus, quod est plerumque sub auspicio regiminis. FINIS proximus est *Reipublica salus*, quò repagula ponantur: Tyrannidi, ac paternum auspicia sumat imperium: *Ultimus* est gloria DEI.

XVII. Ex quibus collectis nascitur sequens juramenti finitio: Juramentum Imperantis est, quo Imperans justam seu certam regiminis futuri rationem pollicetur, in salutem Reipublicæ.

DOMINO DOMINANTIVM GLORIA SEM-  
PITERNA.





865.

**T**U tua Philosopham professus nomina Mitra,  
Atque Magistrorum dignus inesse Choro.  
Leucoream replet lingua resonante Cathedram,  
Et quæ corda decet dicere docta, sonas.

Altius in Sophiæ sepelis tua pectora fundo,  
Inde gravi in lucem condita face trahis.  
Næ decus hic ingens famæ est, quo gloria publi  
Phœbeæ nescit clarior ulla dari.

Unde bonis titulis decorat nunc ille Magistri  
Splendor Te, ingenio Laurea digna tuo.

**Nec** te tam *titulus* fecit, vel *mitra* Magistram,  
Quam quæ, *Doctrina*, est *sola* Magisterium.

*Eruditissimo Dno. ROEBERO, Philosophiæ Magistro  
dignissimo, Conuictori & Amico suo dilectissimo,  
animitus gratulabatur*

**Ægidius Strauch, D. Coll.  
Theol. Assessor & P.P.**

---

**D**ivaram quem cultus habet, ROEBERE, tenebit  
Præmia, & eximio nomine dignus erit.

**Et** te cultoremq; sui famulumq; Minerva  
Vexit, & ornavit tempora fronde novâ.

*In honorem politicissimi Philosophiæ Magistri facieb.*

**Otho Prætorius, Sereniss. Ele-  
ctor. Saxon. Historiogr. & Prof. Publ.**

---

**D**um, ROEBERE, Sopham scandis pro more Cathedram,  
Promis & ingenii fertilioris opes;

Ipsæ doces, Musas quo sis complexus amore;  
Non erit hic digno cassus honore labor.

**Michael Strauch, Mathem.  
P.P.**

---

*Ad Politicissimum DN. ROEBERUM suum, Philosophiæ  
Magistram dignissimum.*

**S**ublimes firment quod juramenta coronas,  
**Ac** animent regni singula membra sacris

TV



ATA 4742

Tu ROEBERE refers facundo ac ore polito,  
 Quem conjurata verè animant Charites :  
 En! Pallas jamdum in meritos juravit honores,  
 Et caput impediit pulcra corona Tuum.

*deferebat prolixiori animo, ac calamo PRÆSES*

M. Simon Frider. Frenzelius,  
 Facult. Philosoph. Adjunct.

*Ad Prestantissimum Politissimumq;*

DNUM. ROEBERUM, Magistrum Philosophiæ  
 dignissimum.

Quid JURAMENTUM magni sit Principis, illud  
 De Sophicâ cathedra non sine laude doces.  
 Accinit ipse Tibi Phœbus, Phœbiq; sorores  
 Carmina; cur numeros nostra Thalia neget?  
 Nam Tua Te Virtus ornat, gratissima merces,  
 Quæ viridi laurû condecorata fuit.

*L. M. Q. scribebat*

M. Johann. Peißer/P.L.C.

Sic tua mens nescit rudibus torpere sub umbris;  
 Sed Famæ celebres tentat adire vias.  
 Hoc ROEBERE doces, magnô cum laudis honore  
 Publicitus quando discutis hæc theses.  
 Acriter infiltas cœptis: jam dum ergò dedere  
 Picrides meritò Laurea ferta Tibi.

*M. Gotfrid. Eckhardt/SS. Theol. Studiosus.*

Non nugas, Apinasque leves & anilia tractat,  
 Sed studio vigilace animi ad sublimia tendit,  
 Et quæis terrarum Domini sua jura coërcent,  
 Et crenâ, & doctô ROEBERUS differit ore.

Juro ego, jurabit ROEBERO gloria famæ,  
 Et studii hoc specimen mundi se didet in oras.  
 Quin etiam nec mens hujus præfaga fefellit,  
 Musæ animis conjurârunt, manibusque coronam  
 ROEBERO nexere, dedit quam Delia Laurus.

M. Johannes Zirkler/Vratislaviensis.

VDMA

M. C.



848-



**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

WITTEBERG TY  
M. JOHANN  
Amplig. Facul  
FRED  
Dr. M. SIMON  
P. R. A.  
IMPERI  
TURRA  
MODERATA  
FOR

Im  
jus  
jor  
o c  
um  
pro  
ha  
Ac  
dar  
De  
hã  
at  
for  
auf  
ful  
de  
ron

